



Universitätsbibliothek Paderborn

Benedicti Ariæ Montani Hispalensis Poemata

In Qvatvor Tomos Distincta

In quo Dauidis Regis ac Prophetæ, aliorumque sacrorum Vatum Psalmi; ex
Hebraica veritate in Latinum carmen obseruantissimè conuersi

Arias Montano, Benito

Antverpiæ, 1589

Psal. XXXVI. Dixit iniustus vt delinquit in semetipso.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44993

- Quin quos quietos terra tenet viros
Excogitatis fraudibus opprimunt:
- 11 In meque diducunt solutum os,
Vidimus, euge, oculis ruentem.
 - 12 I A S (vides nam) ne fileas, mihi aue
Abstes remotus te D O M I N V M precor.
 - 13 Nostrum excitatus cerne iudex
Iudicium D O M I N E atque litem.
 - 14 I A S tua me iustitia argue,
Appello certum te mihi I V D I C E M,
 - Non passus exultare nostro
Hos cohibe & retine in labore.
 - 15 Ne gratulanti pectore proferant
Vah vota pulchre nostra valentia;
Sermone neu iactent superbo,
Perdidimus satis en voratum.
 - 16 Turpis pudoris corripiat rubor
Quoscunque nostrum lætitificat malum;
Circumque perfundant pudenda
Probra mihi nimis imminentes.
 - 17 Content volentes iustitiam meam,
Lætique dicat, maximus optimus
I A S canatur, cui placet pax
Resta sui & bene firma serui.
 - 18 Munus tuæ tum iustitiæ mea
Nunquam petitis lingua silentiis
Dum vesper, aurora ac mane bunt
Carminibus meditata dicet.

P S A L . XXXVI

Dixit iniquus ut delinquat in semetipso

IMPIAE IN SOLENTIAE VIN DIGTA.

- 1 Ad præstantem serui Domini Davidis.
Carmen Dicolon Tetra strophon.
- 2 A ffirmat tacito mi scelus impij
Dum certo penitus pectore cogito,
Huic nulla ante oculos religio aur decens
I AE sistitur aut merus.
- 3 Cui strata ante oculos mollis adest via,
Offensum scelus ut non odio abnuat:
- 4 Sic prauum sibi dux ore souet dolum
Præcepti indociliis boni.

E S Secreus

PSALMORVM.

- 5 Secretis agitat prava cubilibus,
Insistitque viam certior haud probans.
Nunquam propositum pertinuit scelus,
Aut poenam comitem mali.
- 6 I A S nota tua est usque benignitas,
Caelos ac penetrat nubila veritas.
- 7 Ista & iustitia est montibus amplior
Longe & fortior inclytis.
Amplusque Oceanus iudiciis tuis
Angustus magis est; namque homines boni
Seruas, atque genus quadrupedum simul
I A S incolume effici.
- 8 I A S omne tua ut summa benignitas
Peruincit preium terrigenae ut tuus
Alis suppositi praesidium sibi,
Umbra & uiuificam petant.
- 9 Vberate domus, hos saturos tuos
Explebis placidi flumine gaudij:
10 Nam vitæ est proprius fons tibi, luceque
Nos lux perficit tua.
- 11 Produc, ut tua sit fausta benignitas
His notus quibus es, mentibus & probis.
Munus iustitiae præniteat tuos,
Queis fraus displicet impia.
- 12 Me neu pes, sine, neu mos petat insolens.
Neu migrare adigat me manus improbas.
- 13 Illi artifices præcipitat suos
Prauum, restitui impotes.

PSALM. XXXVII.

Noli emulari in malignantibus.

DIVINI IUDICII ASSERTIONE.

Dauidis.

Ode Tricolas Tetrastrophos.

- ¶ **A**rdens nefandi ne artifices mali
Mirere, neu tu iis inuidias, quibus
Iniuriaram saeva mater
Fraus placet utilitasque ex ea:
- 2 Namque ut recisum gramen abit citio,
Marcent cadentes, germinis ut viros,
Nec prava persistit malorum
Longius, aut soboles nunc scit.

IAC